



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac  
Denique morte Praedicatorum Lutheranorum, Doct.  
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii  
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima  
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et  
Andreae Osiandri

**Ulenberg, Kaspar**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

V. Sacramentarij seorsim, & sua[m] Augustæ Confeßionem Cæsari  
offerunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

fruat Lutheranis, & suis interim imaginationibus decipiatur. Hos articulos breuiter & concisè scriptos more Scholastico Pontano dedit, offerendos Bucero: Qui datis ad Pontanum litteris, quarto Augusti gratias agit imprimis, quod à Melanchthone respòsum impetrarit. Quanquam verò satis intellexit ex articulis istis, deprehendi strophas suas, & concordiam omninò desperatam esse; perstitit tamen in sententia, non de re, sed de phrasi tantum, deq; modo loquendi, Lutherum & Zvinglium inter se dissidere. Quod cum Melanchthoni, Brentio, cæterisque, qui Auguste erant, frustra occineret, deum sub finem Augusti mensis, Lutherum ipsum pertentandum censuit: idque per litteras primum; deinde & coram viua voce; quæ res quomodo cellerit, in vita Lutheri diximus.

Atque hæc quidè Augustæ, per Melanchthonem & Brentium tempore Comitiorum acta sunt cum Sacramentarijs, qui cum se viderent à societate protestantium exclusos, suam deinde Cæsari Confessionem separatim obtulerunt. Id factum est per Legatos quatuor ciuitatum Imperialium, Argentorati, Constantiæ, Memmingæ, Lindauij, quæ Zvinglij dogmatibus adhærebant. Atque hæc Confessio, quemadmodum & prior illa Lutheranorum, mandatu Cæsaris per Catholicos Theologos opposito scripto confutata fuit, & in senatu principum reiecta.

CAPVT

ANNO  
1530.

Eius re-  
sponso.

Pertinacia  
in dogma-  
te.

*In vit. Lu-  
th. cap. 23. p.  
416.*

V.

Zvinglianorū Con-  
fessio sepa-  
ratim obla-  
ta Cæsari.

*Sleid. Laua.  
& alij Osi-  
and. lib. 2.  
cap. 14.*

A Catholi-  
cis refuta-  
tur,